AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 112r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



P. vi. ydus Rome uia
lauicana passio sanctorum
claudij / nicostrati / sim-
phoriani / castorij et sim-
plicij / qui sub diocleciano
mergi iubentur in mari /
Et uia lauicana natale
quatuor coronatorum /
seueri / seueriani / carpo-
fori et uictorini / qui iubente
diocleciano ictibus plumbatorum
usque ad mortem cesi sunt.
Ex. v. ydus Apud amasiam
ciuitatem marmaritinarum /
natale beati Theodori martyris /
Cuius temporibus diocleciani
et maximiani imperatorum /
pro confessione xpiane fidei for-
titer cesus / ac in carcerem
missus / ibi saluatore sibi ap-
parente / et monente ut con-
stanter et uiriliter ageret cer-
leuatus est / nouissime postquam
eculeo suspensus est / et vngulis
corrasus / ita ut eius inte-
riora nuda apparerent /
ardentibus traditur ignibus.

F. iiii. ydus Natale beati
martini pape / qui ob fidem
katholicam / ab imperatore con-
stancio heretico de ecclesia
raptus / ac perductus constan-
tinopolim relegatus apud
ceronam licie prouincie / ibidem
uitam finiuit / Antiochie
sanctorum demetrij episcopi / amani
diaconi / eustosij / et aliorum
uiginti.